1/64

LC14
28
deR 15

# Important Legal Manuscript.

252 **LAW.** STATUTO CONTINENT. in isto volumine Magna Carta, Carta Foresta, Statuta Westm., *etc.* English 15th cent. MS. on vellum, 204 leaves ($3\frac{3}{4}$ by $2\frac{3}{4}$ in.), written in a small book hand, at the end in another hand are Consuetudines Kant. with the date 1447 on last page, original oak boards covered lambskin. **£15 0 0**

*15th Cent.*

⁂ *An early MS. of the collection of Statutes afterwards printed early in the 16th Century by Pynson.*

H b
1

Ms
No
100

£ 15

Iste sunt Statuta contenta in isto volum'


Magna carta
Carta fforeste
Merton
Marlebergie
Westm' primum
Glouc'
Explanacio eiusdem
Westm' secundum
Westm' tertium
De Religiosis
De mercatoribus
Westm' quartum
Statutum Wynton'
[illegible]
De coniunctim feoffatis
De [illegible] feo
[illegible]
De [illegible]
De homagio fac'
De [illegible] & terminis
De [illegible]
[illegible]
De [illegible]
De essoniis [illegible]

Dies communes in banco
Dies communes de dote
Compositio monete
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] regis
[illegible]
Articuli cleri
De prisonibus
De [illegible]
Statutum [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Westm' [illegible]
De [illegible]
Confirmacione [illegible]


(105)

# Incipiunt capitula magne carte.

i De libertate ecclesie.
ij De relevio capiendo
iij De custodia terre et heredis
iiij De custodibus non facientibus vastum W. i. p(ri)mo c. xxi. Merton c. xxiij. Glouc c. v. W. s(ecun)do c. xxxiij.
v De custode sustentante custodiam
vi De maritagio heredum
vij De viduis.
viij De debitoribus R(egis)
ix De civitate London.
x De [illegible] faciendo.
xi De communi placito non sequente curiam R(egis).
xij De assisis. W. s(ecun)do c. xxx.
xiij De ultima presentacione.
xiiij De amerciamentis. W. p(ri)mo c. vj.
xv De districcionibus ad pontes faciendos.
xvi De ripariis. Westm. s(ecun)do c. xlvij.
xvij De placitis corone.
xviij De debitis R(egis) levandis
xix De custode castrorum W. p(ri)mo c. vij
xx De [illegible]
xxi De terris felonum.

xxii De kydell' deponendis
xxiii De cui⁹ libi hois
xxiiii De mensuris ponderibus et pannis
xxv De inquisic' fiis vite et membris Ep^m c. xvj
clone' cit' iv · G · 6^m c xxiij ·
xxvi De ten' terre p' seruic' ... dnt Re
xxvii De ballio ponant aliquis ad legem manifest'
xxviii De nullus lib' ho capiat' sine iud'
xxix De mercatoribus forincecis venientibus in Angl'
xxx De hiis qui tenent de honoribus
xxxi De vendicione terr' a ten' · ...
xxxii De custod' abbathiar'
xxxiii De appelle fem'
xxxiiii De turnis vic' quot' ten'
xxxv De terr' domibus relig' non dandis
xxxvi De scutag' capiendo ·

Incipiunt capitula carte Forest'

i De forest' videnda ·
ii De nemoribz ext' forestam ·
iii De aff'orestac' boscor' ·
iiii De Boscis in forestis ·
v De regardo faciendo ·
vi De expeditacione canum ·
vii De forestar' non fac' scotallas
viii De swanimoto ·

De agistamento in parcis
Si quis amaverit vastum et ... pro ven
Quod magnates possunt venari
Quod unusquisque approviare se possit de boscis
Quod unusquisque habeat aerias mel.
De chiminagio capiendo
De utlagatis pro foresta
De placitis foreste tenendis
Incipiunt capitula de Merton
De dampnis recuperandis in bre de dote
Quod vidue possint legare blada de dote
De redisseisinis et post disseisinis. Westm. primo c. xxvi
De vasti appruiamento. Glouc. c. vij
Quod usure non currant
De heredibus abductis. ij cap. & vij capit. xvj
De primo xij. Westm. ij c. xxxv.
... brevium W. primo c. xxxviij.
De bastardia
De attornatis ad sectam
De malefactoribus in parcis & vivariis
Incipiunt capitula de Marlebergh
Si quis fecerit districtionem voluntarie
Si quis distrinxerit aliquem qui non est de feodo suo. W. primo c. xvj.
Si quis duxerit districtionem W. primo c. xvj. W. secundo c. xxxvij.

iiij De magnum capit' obsequet
v De hiis qui feod' dnos tenent' asst
vj De her' detent' ex hereditate
vj c. xxxv c. xxij
vij De capt' de seodiis capit' c. iiij c. xxvj
viij De vicis non desit
ix De tinis vic' capit' c. xxxiij
x De famil' et quilibet ... c. viij
xj De admonitione in plit' de dot' c. xliij
xij De inquisicionibus faciend' ... xxxij
xiij De nulli qui tenet capt' pendent' in assis
xiiij De non licet alicui distr' feod' ex ...
xv De illis qui sunt detenti de her'
c. xxxv ... c. vj ... viij
xvj De dist' que capit' in ...
xvij De omnes justic' forest' no habent ...
xviij De nullus tenet ... de fdo ...
xix De nullus miser persona ... in ...
xx De ... de libertatib'
xxj De distraccio libere tenement'
xxij De custodie ballivi seedont ... c. xj
xxiij De ... no ... c. viij
capit' c. iiij ... c. xxj ...
xxiiij De amittitur in terris.

Qualiter iustic' debent ad iudicium
De vocato ad warant'
De instrumentis cirog'
De cas' facta per dot' uxor' ...
De lege de magna
Incipiunt capit'e secunde p'tis
De iustic' et plac' corone
De clericis ordinatis deliberand'
De exceptione latronum
De [illegible] inchis
De libera electione
De amerciamentis
De prisis capiend' ad castra
De purgacione ...
De sacr' faciend' p' felon'
De electione coronatorum
De odio et athia ... c. xxiij ... c. ix
De felonis notoriis
De raptu mulierum ... c. xxxiij
De appellatione ... c. xij
De hiis qui replegiandi sunt
De faciente districtionem ... c. xij
De claudente districtionem in castris
De amerciamento in terminis

xix De hijs qui capiunt de abbatia

xx Nemo capiat ... de ... [illegible]

xxi Custodes dignitatum ... [illegible]

xxii [illegible] ... at [illegible]

xxiii De multis ... [illegible]

xxiiii De multis ... iniuste [illegible]

xxv De multis iniuste [illegible]

xxvi De multis iniuste [illegible]

xxvii De multis [illegible]

xxviii De multis [illegible]

xxix De multis [illegible]

xxx [illegible]

xxxi [illegible]

xxxii De multis [illegible]

xxxiii [illegible]

xxxiiii De [illegible]

xxxv [illegible]

xxxvi Reclamacio [illegible]

xxxvii Reclamacio [illegible]

xxxviii De limitacione temporis
xxxix De tenentibus ad petitur
xl De retenemento campionum
xli De essoniis in brevi nove diss'
xlii De tenentibus qui non veniunt essonium habere
xliii De falsis essoniis libere tenentis
xliiii De billetibus tolendis
xlv De amerciamentis placitorum
xlvi De querentibus brevibus de mesne
xlvii De minoribus vendentibus al garde
xlviii De exceptionibus de dote vel in breve
xlix De ley locus coment garde
**Incipiunt capitula de Gloucestre**
i De dampnis recuperandis
ii De infantibus dum infra etatem tenentes
iii De alienacione in casu mort' antecessor'
iiii De cessione dimissionis ad firmam et ad inmeliorandum
v De wast fait par le tenant de la ley dengleterre
vi De wast fait par le dowere
vii De les heires eient seisine par mort

xviij De militibus alienantibus [illegible]
De brevibus de transgressione
ix De modo inquirendi
x De duobus [illegible] non possint
xi De [illegible] in London
xij De [illegible]
xiij De non fieri [illegible] in London
xiiij De [illegible] in London


Incipit statutum de Westm' [illegible]


i De donis condicionalibus
ij De districcionibus [illegible]
iij De [illegible] pro defalta [illegible]
iiij De dote [illegible]
v De advocacione ecclesie
vj De collusione inter tenentes et [illegible]
vij De [illegible]
viij De [illegible]
ix De modis adquirendi tenementa
x De [illegible] in terre [illegible]
xi De [illegible] cum [illegible]

xij falsis appellis puniendis
xiij inquisitionibus faciendis & brevibus
xiiij vasto facto in custodia
xv b b homagio minoris heredis
xv a a terra possessionis & immobilibus
xvj essonio de lecto in malo
xvij debitis recuperandis
xviij bonis decedentis intestati
xix exceptionibus admittendis
xx cnagis & hominum assisis
xxj vasto facto in terra in com
xxij brevibus deficientibus
xxiij brevibus de novo dis
xxiiij b dampnis in brevi redisseisine
xxv essonio post inquisitionem
xxvj de non recipiendis essoniis post apparenciam
xxvij tenentibus ad audiendum & citandum appellum
xxviij justiciis assignatis in assisis ingredientibus & mortis
xxix exceptionibus coram justiciis irrotulandis
xxx de fabricis faciendis circa religiosos
xxxj xxxij terris emendis in dominio in prejudicium dominorum

xxiij a Allocacio expensarum super compoto

xxxiii De raptu mulierum
xxxiiii De raptu puerorum et abductione
xxxv De venatoribus parcorum
xxxvi De disseisina facta per ballivos regis et aliis
xxxvii De convincendis ... in assisa
xxxviii Contra falsum responsum ... die
xxxix Quod mulieres non deforcientur de dote
xl De ... non ... in banco
xli Feoda officiorum in curia Regis Westm
xlii Conservatoribus ...
xliii Feoda officiorum justiciariorum in ...
xliiii Capiendo ferrum et ...
xlv Amerciamenta ...
xlvi Defendere ...
xlvii ...
xlviii Defendere ministros
xlix

Westm secundum

i ... libere
ii ... non tenens ...
iii Felonie ...
iiii In ...

## Statutum de bigamis

i Quod si aliquis excipit quod est in regno non per judicem
ij Quod rex confirmavit et ratificavit cartam alie[illegible]
iij Item de vocibus [illegible] et maior[illegible] per regem
iiij De presentacionibus factis contra regem
v De bigamis sive duplicis [illegible]
vj De clausulis in carta de [illegible] concessis

## Prerogativa regis

i Quod rex habebit custodiam [illegible]
ij Rex habebit maritagium heredum infra etatem
iij Item habebit primam seisinam [illegible] eorum
iiij Item assignabit [illegible] dotem
v De mulieribus [illegible] que non [illegible]
vj Omnes heredes facient homagium regi
vij De idiotis infra etatem [illegible]
viij De [illegible] de rege [illegible]
ix De fugitivis alienatis
x De [illegible] utlagatis [illegible]
xj De [illegible]
xij Item [illegible] memoriam [illegible]

Explicit kalendarium statutorum

Edwardus dei
gratia Rex Angl'
& Franc' & Dominus
Hibernie Archiepiscopis
Episcopis Abbatibus
Prioribus Comiti
bus Baronibus Justi
ciariis Vicecomitibus Prepositis
Ministris & omnibus Ballivis &
fidelibus suis presentem cartam
inspecturis salutem. Sciatis quod
nos intuitu dei & pro salute
anime nostre & animarum antecesso
rum & successorum nostrorum ad exalta
cionem sancte ecclesie & emenda
cionem regni nostri spontanea &
bona voluntate nostra dedimus
& concessimus archiepiscopis E
piscopis Abbatibus Prioribus Co
mitibus Baronibus & omnibus de
regno nostro has liber
tates subscriptas tenendas
in regno nostro Angl' imperpetuum.

## Magna Carta

C In primis concessimus deo et hac
presenti carta nostra confirmavimus
pro nobis et heredibus nostris in perpetuum
quod ecclesia anglicana libera sit et ha
beat omnia iura sua integra et
libertates suas illesas. Con
cessimus eciam et dedimus omnibus
liberis hominibus regni nostri pro nobis
et heredibus nostris in perpetuum has lib
ertates subscriptas tenendas et
habendas eis et heredibus suis de
nobis et heredibus nostris in perpetuum

Cij Si quis comitum vel baronum
nostrorum sive aliorum tenencium de
nobis in capite per servicium mili
tare mortuus fuerit et cum de
cesserit heres eius plene etatis
fuerit et relevium debeat habeat
hereditatem suam per antiquum
relevium scilicet heres vel here
des comitis de comitatu integro
per centum libras heres vel here

des baronis de baronia integra
per centum marcas heres vel he
redes militis de feodo militari
integro per centum solidos ad
plus et qui minus minus habeat
secundum antiquam consuetu
dinem feodorum. Si autem he | Cap. iij
res alicuius talium fuerit infra
etatem dominus eius non habeat
custodiam eius nec terre sue
antequam homagium eius ceperit
et postquam talis heres fuerit in
custodia cum ad etatem pervenerit
scilicet viginti et unius anni
habeat hereditatem suam sine re
levio et sine fine. Ita tamen
quod si ipse dum infra etatem fuerit
fiat miles nichilominus terra re
maneat in custodia dominorum suorum
usque ad tempus predictum. Custos terre | Cap. iiij
huiusmodi heredis qui infra etatem | St. j. ca. [illegible]
fuerit non capiat de terra heredis | et [illegible] v.
nisi racionabiles exitus et racionabi

les consuetudines et racionabilia servi
cia et hoc sine destructione hominum et
rerum. et si nos commiserimus custo
diam alicuius talis terre vicecomiti vel
alicui alii qui de exitibus terre illius
nobis debeat respondere et ille
de custodia destructionem vel vas
tum fecerit. nos ab eo capiemus emen
dam et terra committatur duobus legalibus et
discretis hominibus de feodo illo qui
de exitibus terre illius nobis res
pondeant vel illi cui illos assig
naverimus. et si dederimus vel ven
diderimus alicui custodiam alicu
ius talis terre et ille inde destruc
tionem fecerit. vel vastum amittat
illam custodiam et tradatur duobus
legalibus et discretis hominibus de feodo illo
qui similiter inde nobis respon
deant sicut predictum est. Custos
autem quamdiu custodiam terre habu
erit sustentet domos, parcos
vivaria, stagna, molendina et

F.
W. i. ca.
xxi

terra ad terram illam pertinentia
de exitibus terre eiusdem et reddat
heredi cum ad plenam etatem
pervenerit terram suam totam instau
ratam de carucis et de omnibus a
liis rebus ad minus secundum quod illam re
cepit. Hec omnia observentur de
custodiis archiepiscopatuum episcopatuum
abbatiarum prioratuum ecclesiarum et
dignitatum vacantium que ad nos
pertinent excepto hoc quod custodie
huiusmodi vendi non debent. Here- vj.
des maritentur absque disparagacione.
Vidua post mortem mariti sui vij.
statim et sine difficultate aliqua
habeat maritagium suum et heredi
tatem suam nec aliquid det
pro dote sua nec pro maritagio suo
vel pro hereditate sua quam here
ditatem maritus suus et ipsa te
nuerint simul die obitus
ipsius mariti sui. Et maneat
in capitali mesuagio mariti sui

Magna carta

infra xl dies post obitum mariti
sui infra quos dies assignetur
ei dos sua nisi prius fuerit ei
assignata vel nisi domus illa
sit castrum. Et si de castro re-
cesserit statim provideatur ei do-
mus competens in qua possit mo-
rari honeste quousque dos sua
ei assignetur secundum quod predictum est
et habeat rationabile estoverium suum
interim de communi. Assignetur autem
ei pro dote sua tercia pars tocius
terre mariti sui que sua fuit
in vita sua nisi de minori
dotata fuerit ad hostium ecclesie.
Nulla vidua distringatur ad se
maritandam dum vivere voluerit
sine marito ita tamen quod se-
curitatem faciet quod se non ma-
ritabit sine assensu nostro si de
nobis tenuerit vel sine assen-
su domini sui si de alio tenuerit.

viij Nos vero vel ballivi nostri non

Ca ix 10

seisiemus terram aliquam vel red
ditum pro debito aliquo quamdiu ca
talla debitoris presencia sufficiunt
ad debitum reddendum et ipse debi
tor paratus sit inde satisfacere
nec plegii ipsius debitoris dis
tringantur quamdiu ipse capitalis
debitor sufficiat ad solucionem
ipsius debiti. Et si capitalis
debitor defecerit in solucione de
biti non habens unde reddat aut
reddere nolit cum possit. plegii
respondeant de debito et si vo
luerint habeant terras et redditus
debitoris quousque sit eis satis
factum de debito quod ante pro
eo solverint nisi capitalis de
bitor monstraverit se inde esse
quietum versus eosdem plegios.

Civitas london habeat omnes libertates suas antiquas et con
suetudines suas. Preterea volu
mus et concedimus quod omnes alie

x

8 iiii

Ciuitates & burgi & ville & bar
ones de quinque portubus & omnes
portus habeant omnes libertates

X. 10 E 3 2 h — & liberas consuetudines suas. Nullus
distringatur ad faciendum maius ser
uicium de feodo militis nec de ali
quo libero tenemento quam inde debetur.

XI. Communia placita non sequantur curiam
nostram set teneantur in aliquo loco

XII. certo. Recogniciones de noua dis
saisina & de morte antecessoris non capiantur
nisi in comitatibus suis & hoc
modo. nos vero si extra regnum
fuerimus capitalis iusticiarius noster
mittemus iusticiarios per unumquem
que comitatum semel in anno qui cum
militibus comitatuum capiant assisas pre
dictas in comitatibus & ea que in aduen
tu suo in comitatu per iusticiarios
predictos ad dictas assisas capiendas
missos terminari non possint per
eosdem terminentur alibi in iti
nere suo & ea que per eosdem

propter difficultatem aliquorum articu-
lorum quidam non possunt resedeant apud
justiciarios nostros de Banco et ibi terminentur.
Assise de ultima presentatione semper C. xiij
capiantur coram justiciariis de Banco
et ibi terminentur. Liber homo non a- C. xiiij
mercietur pro parvo delicto nisi secundum
modum ipsius delicti et pro magno
delicto nisi secundum magnitudinem
delicti salvo contenemento suo
et mercator eodem modo salva in
marcandisa sua et villanus alterius
quam noster eodem modo amercietur
salvo waynagio suo si inciderit
in misericordiam nostram et nul-
la predictarum misericordiarum ponatur nisi per
sacramentum proborum et legalium hominum de visneto.
Comites et Barones non amercientur
nisi per pares suos et non nisi secundum
modum delicti. Nulla ecclesiastica
persona amercietur secundum quantitatem
beneficii sui ecclesiastici set secundum
laicum tenementum suum et secundum quantitatem

C xv. tatem debita. Nec villa nec
liber homo distringatur facere pon
tes ad riparias nisi qui ab an
tiquo et de iure facere debent.
C xvi. Nulle riparie de cetero defendantur
nisi ille que fuerunt in defen
so tempore H. regis avi nostri per eadem
loca et per eosdem terminos sicut esse
consueverunt tempore suo.
C xvii. Nullus vicecomes constabularius coronatores
vel alii ballivi nostri teneant placita
corone nostre. Si quis de nobis
C xviii. tenens laicum feodum moriatur et
vicecomes vel ballivus noster ostendat
litteras nostras patentes de summoni
tione nostra de debito quod defunctus
nobis debuit liceat vicecomiti vel bal
livo nostro attachiare et inbreviare
omnia bona et catalla defuncti
inventa in laico feodo ad va
lenciam illius debiti per visum
legalium hominum. Ita tamen quod nichil
inde amoveatur donec persolvatur

nobis debitum quod clarum fuerit et
residuum relinquatur executoribus
ad faciendum testamentum defuncti
et si nichil nobis debeatur ab ipso
omnia catalla cedant defuncto
salvis uxori eius et pueris suis
racionabilibus partibus suis. Nullus — C xix
constabularius vel eius ballivus capiat
blada vel alia catalla alicuius
qui non sit de villa ubi castrum
situm est nisi statim reddat in-
de denarios aut respectum in-
de habere possit de voluntate
venditoris. si autem de villa ipsa
fuerit infra xl dies precium reddat.
Nullus constabularius distringat aliquem
militem ad dandum denarios pro custo-
dia castri si ipse eam facere volu-
erit in propria persona sua vel per
alium probum hominem faciat si ipse
eam facere non possit propter racion-
abilem causam. Et si nos duxerimus
vel miserimus eum in exercitum erit

quietus de custodia castri quan-
titatem temporis quo per nos fuerit in
exercitu de feodo pro quo fecit servicium
Cxx in exercitu. Nullus vicecomes vel
ballivus noster vel aliquis alius
capiat equos vel carectas alicuius
pro cariagio faciendo nisi reddat libe-
racionem antiquitus statutam, scilicet pro
caretta ad duos equos x d. per
diem et pro caretta ad tres equos
xiiij d. per diem. Nulla caretta
dominica alicuius persone ecclesiastice
vel militis vel alicuius domine capi-
atur per ballivos nostros. Nec nos
nec ballivi nostri nec alii capiemus
boscum alienum ad castra vel ad
alia agenda nostra nisi per volun-
tatem ipsius cuius boscus ille
Cxxi fuerit. Nos non tenebimus terras
illorum qui convicti fuerint de fe-
lonia nisi per unum annum et unum
diem et tunc reddantur dominis illo-
Cxxii rum feodorum. Omnes kydelli

Capitula



de cetero deponantur penitus per
Thamisiam et Medewayam et
per totam Angliam nisi per costeram
maris. Breve quod vocatur Pre xxiij
cipe in capite de cetero non
fiat alicui de aliquo libero
tenemento unde liber homo perdere cu
riam suam. Una mensura vini xxiiij
sit per totum regnum nostrum et una
mensura cervisie et una mensu
ra bladi scilicet quarterium London
et una latitudo pannorum tincto
rum russetorum et halbergettorum
scilicet due ulne infra listas et
de ponderibus vero sit sicut de
mensuris. Nichil de cetero xxv
detur pro brevi inquisitionis ab eo
qui inquisitionem petit de vi
ta vel de membris set gratis
concedatur et non negetur. Si xxvj
aliquis teneat de nobis per

feodi firmam. vel per socagiu
m vel burgagium et de alio
teneat terram per servicium militare
nos non habebimus custodiam
heredis nec terre sue que est
de feodo alterius occasione illius
feodi firme vel socagii vel
burgagii nec habebimus cus
todiam illius feodi firme
vel socagii vel burgagii nisi
ipsa feodi firma debeat no
bis servicium militare. Nos non
habebimus custodiam heredis
vel alicuius terre quam te
net de aliquo alio per servicium
militare occasione alicuius par
ve serjantie quam tenet de
nobis per servicium reddendi no
bis cultellos vel sagittas
vel huiusmodi. Nullus
xxvij ballivus de cetero ponat ali

prium ad legem manifestam nec
ad iuramentum simplicia loque-
la sua sine testibus fidelibus ad
hoc inductis. Nullus liber xxviij
homo capiatur vel imprisonetur
aut disseisiatur de libero tene-
mento suo vel de libertatibus vel li-
beris consuetudinibus suis
aut utlagetur aut exuletur
aut aliquo modo destruatur
nec super eum ibimus nec super eum
mittemus nisi per legale iudi-
cium parium suorum vel per legem
terre. Nulli vendemus nulli
negabimus aut differemus
rectum aut iusticiam. Omnes xxix.
mercatores nisi publice ante-
a prohibiti fuerint habeant sal-
vum et securum conductum exi-
re de Anglia et venire in Angliam
et morari et ire per Angliam tam

per terram nostram ad emendum et
vendendum sine omnibus toltis ma-
lis per antiquas et rectas consue-
tudines in tempore guerre. Et
si sint de terra contra nos guer-
rina et tales inveniantur in ter-
ra nostra in principio guerre
attachientur sine dampno
corporum vel rerum donec scia-
tur a nobis vel capitali justicia-
rio nostro quomodo mercatores terre nostre
tractentur qui tunc inveniantur
in terra illa contra nos guerrina
et si nostri salvi sint ibi alii
xxx salvi sint in terra nostra. Si quis te-
nuerit de aliqua escaeta
sicut de honore Walling-
ford, Bolonie, Huntingdon,
Lancastrie, Notinghe, vel de ali-
is escaetis que sunt in ma-
nu nostra et sint baronie et obi-
erit, heres eius non det ali-

Capitulum

ia relevium nec faciet nobis
aliud servicium quam faceret baroni
si ipsa esset in manu
baronis et nos tenebimus eam
eodem modo quo baro eam
tenuit nec nos occasione talis
baronie vel escaete habebimus
aliquam escaetam vel custodiam
aliquorum nostrorum hominum nisi de no-
bis alibi tenuerint in capite
ille qui tenuit baroniam vel
escaetam. Nullus liber homo det C xxxj
de cetero amplius vel vendat
de terra sua quam ut de residu-
o terre sue sufficienter possit fi-
eri domino feodi servicium ei debi-
tum quod pertinet ad feodum il-
lud. Omnes patroni abbatia- C xxxij
rum qui habent cartas regum
Anglie de advocatione vel an-
tiquam tenuram vel possessio-
nem habeant earum custodiam

cum vacaverint sicut habere de
bent et superius declaratum est

xxxiij Nullus capiatur vel imprisonetur
per appellum femine de morte
alterius quam viri sui

xxxiiij Nullus comitatus de cetero
teneatur nisi de mense in men
sem et ubi maior terminus esse
solebat maior sit. nec aliquis
vicecomes vel ballivus suus faciat
turnum suum per hundredum nisi bis in
anno et hoc non nisi in loco de
bito et consueto videlicet semel
post Pascha et iterum post fes
tum sancti Michaelis. Et visus de fran
co plegio tunc fiat ad illum
terminum sancti Michaelis sine occasione
ita scilicet quod quilibet habeat
libertates suas quas habuit vel
habere consuevit tempore H.
regis avi nostri vel quas postea
perquisivit. Fiat autem visus
de franco plegio sic videlicet

quod pax nostra teneatur et quod tethinga integra teneatur sicut esse consuevit et quod vicecomes non querat occasiones et quod contentus sit de eo quod vicecomes habere consuevit de visu suo faciendo tempore Henrici regis avi nostri. xxxv
Non liceat alicui de cetero dare terram suam alicui domui religiose ita quod eam resumat tenendam de eadem domo nec liceat alicui domui religiose terram alicuius sic accipere quod tradat eam illi a quo eam recepit tenendam. Si quis autem de cetero terram suam alicui domui religiose sic dederit et super hoc convincatur donum suum penitus cassetur et terra illa domino feodi illius incurratur.
Scutagium de cetero capiatur sicut capi consuevit tempore Henrici regis avi nostri. Et salve sint archiepiscopis episcopis abbatibus pri xxxvi

oribus Templariis Hospitalariis comiti
bus Baronibus et omnibus aliis tam
personis ecclesiasticis quam secularibus
omnes libertates et liberas consuetu
dines quas prius habuerunt.
Omnes autem libertates et consue
tudines quas concessimus in regno
nostro tenendas quantum ad nos perti
net erga nostros omnes de regno
nostro tam clerici quam laici observent
quantum ad se pertinet erga suos.
Pro hac autem donatione et conces
sione libertatum istarum et aliarum con
tentarum in carta nostra de liberta
tibus fforeste Archiepiscopi Episcopi Ab
bates Priores Comites Ba
rones milites libere tenentes
et omnes de regno nostro dede
runt nobis quintamdecimam
partem omnium mobilium suorum. Con
cessimus etiam eisdem pro nobis
et heredibus nostris quod nec nos nec
heredes nostri aliquid perquiremus.

Explicit

per quod libertates in hac car-
ta contente infringantur vel in-
firmentur. Et si ab aliquo contra
hoc aliquid perquisitum fuit ni-
chil valeat et pro nichilo habeatur.
Hiis testibus etc. Datum apud
Westm' xj die Febr' anno regni
nostri nono. Nos autem donaciones
et concessiones predictas ratas
habentes et gratas eas pro nobis et
heredibus nostris concedimus et
confirmamus easque tenore
presencium innovamus volentes
et concedentes pro nobis et here-
dibus nostris quod carta predicta in omnibus
et singulis suis articulis imperpetuum
firmiter et inviolabiliter observetur
etiam si aliqui articuli in
eadem carta contenti hucusque
forsitan non fuerint observati.
Hiis testibus. Datum apud
Westm' xxviij die Marcii anno etc.

Carta

Explicit magna carta
Incipit carta de foresta

Edwardus dei gracia
Rex Angl' Dominus hibern'
et Dux Aquit' archiepis-
copis episcopis abbatibus
prioribus comitibus ba-
ronibus Justic' forestariis vic'
prepositis ministris et omnibus bal-
livis et fidelibus suis ad quos salutem
inspeximus cartam domini H. quon-
dam Regis Angl' patris nostri de fo-
resta in hec verba Henricus dei gracia
Rex Angl' Dominus hibern' et cetera archi-
episcopis episcopis abbatibus prioribus
comitibus baronibus et cetera et omnibus
fidelibus suis presentem cartam
inspecturis salutem Sciatis quod
nos intuitu dei et pro salute anime
nostre et animarum antecessorum et suc-
cessorum nostrorum ad exaltacionem sancte
ecclesie et emendacionem regni
nostri spontanea et bona volun[tate]

tate nostra dedimus et concessimus
Archiepiscopis Episcopis Abbatibus Prioribus
Comitibus Baronibus et omnibus
de regno nostro has libertates sub
scriptas tenendas in regno nostro
Anglie imperpetuum. In primis
omnes fforeste quas Henricus Rex avus
noster afforestavit videantur per
bonos et legales homines et si boscum
aliquem alium quam suum dominicum
afforestaverit ad dampnum illius
cuius boscus ille fuit deafforesta
tur. et si boscum suum proprium af
forestaverit remaneat foresta salva
communa de herbagio et aliis in
eadem fforesta illis qui prius eam
habere consueverunt. Homines
vero qui manent extra fforestam
non veniant de cetero coram jus
ticiariis nostris de fforesta per com
municiones nisi sint implacitati
vel plegii alicuius vel aliquorum
qui attachiati sunt propter fforestam

[illegible]

C iij. Omnes autem bosci qui fuerunt
afforestati per Regem Ricardum avunculum
nostrum vel per Regem Johannem patrem
nostrum usque ad primam coronacionem nostram
statim deafforestentur nisi
C iiij. fuerit dominicus boscus noster. Archi-
episcopi, Episcopi, Abbates, Priores,
Comites, Barones, milites et
libere tenentes qui boscos suos
habent in forestis nostris, habeant
boscos suos sicut eos habuerunt
tempore prime coronacionis Regis
H. avi nostri, ita quod quieti sint
imperpetuum de omnibus purpresturis, vas-
tis et assartis factis in illis boscis
post illud tempus usque ad prin-
cipium secundi anni coronacionis
nostre. Et qui de cetero vastum, pur-
presturam vel assartum sine li-
cencia nostra in illis boscis fecerint,
de vastis, purpresturis et assartis
C v. nobis respondeant. Regar-
datores nostri eant per forestas ad

fuerint regardate sicut fieri con
sueverunt tempore primae coro
nacionis H. avi nostri et non aliter
Inquisicio vel visus de expeditatio For
ne canum existencium in foresta
de cetero fiat quando fieri debet
regardum scilicet de tercio anno in
tercium annum et tunc fiat per visum
et testimonium legalium hominum et non
aliter et ille cuius canis inventus
fuerit tunc non expeditatus
det pro misericordia tres solidos et de
cetero nullus bos capiatur pro expe
ditatione. talis autem expedi
tacio fiat per assisam communiter usita
tam videlicet quod tres ortelli
abscindantur sine pelota de pe
de anteriori nec expeditentur ca
nes de cetero nisi in locis ubi
consueverunt expeditari
tempore primae coronacionis
predicti H. avi nostri Nullus For

Capitulum

fforestarius vel bedellus de cetero
faciat scotallas vel colligat gar-
bas vel avenam vel bladum aliquod
vel agnos vel porcellos nec ali-
quam collectionem faciat nisi per vi-
sum et sacramentum xii regardatorum quan-
do facient regardum. tot forestarii
ponantur ad forestas custodiendas
quot ad illas custodiendas rationabiliter vi-
viij derint sufficere. Nullum swaini-
motum de cetero teneatur in regno nostro
nisi ter in anno. videlicet in principio xv
dierum ante festum sancti Michaelis quan-
do agistatores nostri conveniunt ad
agistandum dominicos boscos nostros. et
circa festum sancti Martini quando a-
gistatores nostri recipere debent
pannagium nostrum. et ad ista duo
swainimota conveniant fores-
tarii viridarii et agistatores et
non alii per districtionem. et tercium
swainimotum teneatur in inicio

 

xv. diebus ante festum sancti Jo
hannis Baptiste et fecundationes besti
arum nostrarum; et ad illud swanimo
tum teneri conveniant fo
restarii, viridarii et non alii
per districtionem. Predictum swanimotum
xl diebus per totum annum con
veniant forestarii et viridarii
ad videndum attachiamenta de foresta
tam de viridi quam de venatione
per presentationem ipsorum forestariorum
et coram ipsis attachiatis.
Predicta autem swanimota non
teneantur nisi in comitatibus in quibus
teneri consueverunt. Unus
quisque liber homo agistet
boscum suum in foresta pro vo
luntate sua et habeat pannagium
suum. Concedimus etiam quod unus
quisque liber homo ducere possit
porcos suos per dominicum boscum

Capitulum

nium libere et sine impedimento
ad agistandum eos in boscis suis
propriis vel alibi ubi voluerit et
si porci alicuius liberi hominis una
nocte pernoctaverint in foresta
nostra non inde occasionetur unde
Cap. x aliquid de suo perdat. Nullus
de cetero amittat vitam vel
membra pro venatione nostra. sed si a-
liquis captus fuerit et convictus
de captione venationis graviter re-
dimatur si habeat unde redimi
possit. si autem non habeat un-
de redimi possit iaceat in
prisona nostra per unum annum et
unum diem et si post unum annum
et unum diem plegios invenire
possit quod amplius de venaci-
one non forisfaciet exeat
de prisona. sin autem abiu-
Cap. xi ret regnum Anglie. Quicumque
archiepiscopus. Episcopus. Comes.

fforeste.

vel alibi veniens ad nos ad
mandatum nostrum transierit per fo
restam nostram liceat ei capere v
nam bestiam vel duas per vi
sum forestarii et presens fuerit
sin autem faciat cornari ne
videatur hoc furtive facere et
liceat eis in redeundo facere
sicut predictum est. Unusquisque XII
liber homo de cetero sine oc
casione faciat in bosco suo
vel in terra sua quam habet in
fforesta molendinum vivarium
stagnum marleram fossatum
vel terram arabilem extra coo
pertum in terra arabili ita quod
non sit ad nocumentum
alicuius vicini. Unusquisque XIII
liber homo habeat in boscis suis ae
rias accipitrum espervariorum fal
conum aquilarum et heyron. habeat

Carta

similit' mel quod inuentum
fuit' in boscis suis xiiij Nullus
forestarius de cetero qui non
sit forestarius de feodo
firmam nobis reddens pro balliua
sua capiat chiminagium ali-
quod in balliua sua. Fores-
tarius autem de feodo fir-
mam nobis reddens pro balliua
sua capiat chiminagium videlicet
pro caretta per dimidium annum duos
denarios et per alium dimidium annum
duos denarios et pro equo qui por-
tat summagium per dimidium annum obolum
et per alium dimidium annum obolum et non
nisi de illis qui de extra balliuam
suam tanquam mercatores veniunt
per licenciam suam in balliuam
suam ad buscam maeremium
corticem vel carbonem emendum
et alias ducendum ad vendendum
ubi voluerint et de nulla alia

charettam vel summagio aliquo chi-
minagium capiatur et non capiatur
chiminagium nisi in locis in qui-
bus antiquitus capi solebat et
debuit. Illi autem qui portant
super dorsum suum buscam corticem
vel carbonem ad vendendum quam-
vis inde vivant nullum de
cetero dent chiminagium. De
boscis autem aliorum de cetero
nullum detur chiminagium fo-
restariis nostris preterquam de domini-
cis boscis nostris. Omnes autem xv
utlagati pro foresta tantum a tempore
regis H. avi nostri usque ad primam co-
ronacionem nostram veniant ad
pacem nostram sine impedi-
mento et salvos plegios nobis
inveniant quod non de cetero

Capitulum

forisfecerint nobis in foresta nostra
xvj Nullus constabularius vel castellanus
teneat placita de foresta siue
de viridi siue de venatione
de quibus forestarius de feodo
attachiat placita de foresta
tam de viridi quam de vena
tione & ea presentet viridariis
provinciarum & cum irrotulata
fuerint & sub sigillo viridariorum
inclusa presententur capitali
forestario nostro cum in partes
illas venerit ad tenenda placita
foreste & coram eo terminentur
Has autem libertates de fo
restis concessimus omnibus sal
uo Archiepiscopis Episcopis Abbati
bus Prioribus Comitibus Ba
ronibus militibus & aliis tam
personis ecclesiasticis quam secu
laribus Templariis & Hospitalariis.

[illegible]

Sentencia lata

libertatibus et liberis consuetudini-
bus in forestis et extra, in warennis et a-
liis quas prius habuerunt. Omnes
autem istas consuetudines predictas
et libertates quas concessimus in reg-
no nostro tenendas quantum ad nos per-
tinet erga nostros, omnes de regno
nostro tam clerici quam laici observent
quantum ad se pertinet erga suos.
Pro hac autem donacione et concessi-
one libertatum istarum et aliarum libertatum
contentarum in maiori carta nostra
de aliis libertatibus, Archiepiscopi, Episcopi,
Abbates, Priores, Comites et cetera ut
supra in magna carta.

Explicit carta de foresta
Incipit sentencia lata super cartas

Anno domini millesimo ducentesimo quin-
quagesimo tercio tercio idus
Maii in maiori aula
Westm' in presencia et
assensu domini Henrici dei gratia Regis An-
glie illustris et dominorum Ricardi com-
itis Cornubie fratris sui et aliorum com-

## Sententia lata

a Stephano Anglie et archiepiscopo Cantua-
riensi et aliorum Eboracensis Anglie pontifi-
calibus indutis candelis accensis
in transgressores contra libertatem
ecclesiasticam seu libertates contra regem
in Anglia et precipue contra eos qui
continentur in carta communi libertatum
regni et in carta de foresta excom-
municationis sententiam solempniter
tulimus in hac forma. Auctoritate
dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti et gloriose dei
genitricis virginis Marie et be-
atorum apostolorum Petri et Pauli et
omnium sanctorum apostolorum et beati Thome
martiris omniumque martirum beati
Edwardi regis Anglie omniumque con-
fessorum atque virginum omniumque sanctorum
dei excommunicamus anathematizamus
et a liminibus sancte matris ecclesie
sequestramus omnes illos qui

Sententia contra libertates contra

Super cartas

amodo scienter et maliciose ecclesias
privaverint vel spoliaverint suo
iure. Item omnes illos qui ecclesiasti-
cas libertates vel antiquas
regni consuetudines approbatas que in
carta communium libertatum et de foresta
continentur concessas a domino rege
Archiepiscopis Episcopis et ceteris Anglie
prelatis Comitibus Baronibus mi-
litibus et liberis tenentibus quacumque
arte vel ingenio violaverint in-
fringerint diminuerint seu
immutaverint clam vel palam facto
vel verbo vel consilio qui contra
illas vel illarum aliquam in
quocumque articulo temere veni-
endo. Item omnes illos qui con-
tra illas vel illarum aliquam sta-
tuta ediderint vel edita serva-
verint vel consuetudines introduxerint
vel servaverint introductas scrip-
tores statutorum necnon consiliarios.

excitatores et qui secundum eas presump-
serint iudicare. Qui omnes et sin-
guli superius memorati sententiam
incursuros se noverint ipso facto qui sci-
enter aliquid committunt de predictis.
Qui vero ignoranter in eam inciderint commoniti, in-
fra quindenam a tempore commoni-
tionis se correxerint et arbitrio ordinari-
orum plene satisfecerint de commissis
extunc hanc sententiam sint inno-
dati. Eadem sententia innodamus
omnes illos qui pacem domini regis et re-
gni presumpserint perturbare.
In cuius rei memoriam sempiternam
nos sigilla nostra duximus appo-
nenda. Explicit sententia
lata super cartas. Incipiunt
Provisiones de Merton.

Provisum est in curia domini
regis die Mercurii in crastino
Sancti Vincencii anno
regni regis H. filii regis Johannis
vicesimo apud Merton coram

archiepiscopo cantuariensi et episcopis
suffraganeis suis coram maiori
parte comitum et baronum Angl'
ibidem existencium pro coronacione ipsius
domini Regis et Alianore Regine pro
qua omnes vocati fuerunt cum
tractatum esset de communi utilitate
regni super articulis subscriptis
ita provisum fuit et concessum tam
a predictis archiepiscopis et episcopis comi-
tibus et baronibus quam ab ipso Rege
et aliis. De viduis primo quod
post mortem virorum suorum expel-
luntur de dotibus suis et dotes su-
as vel quarentenam habere non
possunt sine placito quicumque
quicumque deforciant eis dotes su-
as vel quarentenam suam de do-
minicis de quibus viri sui obierunt
seisiti et ipse vidue si postea
per placitum recuperaverint illi qui
de iniusto deforciamento convicti

Merton'.

fuerint reddant easdem viduis
dampna sua scilicet valorem totalem
dotis eis contingentis a tempore
mortis virorum suorum usque ad
diem quo ipse vidue per iudicium
curie seisinam suam inde recu-
peraverint et nichilominus ipsi deforci-
C. ii. atores in misericordia domini regis remaneant. Item
omnes vidue de cetero legare pos-
sint bladum suum de terris suis tam
de dotibus suis quam de aliis terris
et tenementis suis salvis consuetudinibus
que de dotibus et aliis tenementis suis
C. iii. debentur. Item si qui fuerint dis-
seisiti de libero tenemento suo et co-
ram iusticiariis itinerantibus seisinam
suam recuperaverint per assisam nove dis-
seisine vel per recognitionem eorum qui fe-
cerint disseisinam et ipsi disseisiti
per vicecomitem seisinam suam habuerint
si iidem disseisitores postea

C de Merton.

postea justiciarii de eodem tene-
mentum eundem conquerentem dis-
seisiverint et inde convicti fu-
erint statim capiantur et in pri-
sona domini Regis detineantur quousque
per dominum Regem per redempcionem
vel aliquo alio modo deliberentur
et hec est forma qualiter tales
convicti debeant videlicet cum
conquerentes ad curiam domini Regis
venerint habeant breve domini Regis vice-
comiti in quo contineatur con-
questio de dissesina secunda et super dis-
seisinam et tunc mandet vicecomes quod
assumptis secum custodibus pla-
citorum corone et aliis legalibus militibus
in propria persona sua accedat ad
tenementum illud vel pasturam illam
de quibus facta fuit querela et
coram eis per primos juratores
et per alios vicinos et legales homines
diligentem inde faciat inquisicionem puniri

## Cuisiones

Et si ipsum tenementum invenerint disse-
isitum sicut predictum est scilicet tam
secundum provisionem predictam sine dilac-
cione sit conquerens in ma-
dam. Et alius quietus recedat
nec debet vicecomes sine speciali precep-
to domini Regis. Et huiusmodi loquelas prosequi
Eodem modo fiat de illis qui coram
iusticiariis recuperaverint per assisam mortis
antecessoris et de omnibus terris et tenementis re-
cuperatis per iuratam in curia domini Regis
si postea disseisiti fuerint a predic-
tis deforciatoribus versus quos prius
recuperaverint per iuratam quocumque

C. iiij. modo. Item quia multi mag-
nates Anglie qui feoffaverunt
milites et liberos tenentes suos
de parvis tenementis in magnis mane-
riis suis questi fuerunt quod
commodum suum facere non potu-
erunt de residuis maneriorum si-
cut de vastis, boscis et pastu-
ris cum ipsi feoffati haberent

sufficientem pasturam quantum
pertinet ad ten sua ita prouisum
est et concessum quod quicumque huius
feoffatus assisam no dis deferat
de com pasture sue et coram justic
recognitum fuerit quod tantam pastur
habeant quantum sufficit ad ten
sua et quod habeant liberum ingressum
et egressum de ten suis usque ad
pasturam suam tunc inde sint
contenti et illi de quibus conquesti
fuerint recedant quieti de hoc
quod comodum suum de terris vastis
boscis et pasturis fecerint si autem
ten dixerint quod sufficientem
pasturam non habeant vel suffi
cientem ingressum vel egressum
quantum pertinet ad ten sua tunc
inquiratur veritas per assisam et si
per assisam recognitum fuerit per eos
dem quod in aliquo sunt impediti
eorum ingressus vel egressus
vel quod non habeant sufficientem

Cmuſiones

paſturam et ſufficientem ingreſſum
et egreſſum ſicut predictum eſt, tunc
recuperent ſeiſinam ſuam per vi-
ſum iuratorum; ita quod per diſcretio-
nem et ſacramentum eorum habeant con-
querentes ſufficientem paſturam
et ſufficientem ingreſſum et egreſſum
in forma predicta, et diſſeiſitores ſint
in miſericordia domini regis et reddant dampna
ſicut reddere ſolebant ante
proviſionem iſtam. Si autem re-
cognitum fuerit per aſſiſam quod con-
querentes ſufficientem ha-
beant paſturam cum libero et
ſufficienti ingreſſu et egreſſu ut
predictum eſt, tunc licite faciant a-
lii commodum ſuum de reſiduo
et recedant de illa aſſiſa quieti.

C. Similiter proviſum eſt et a domino
rege conceſſum quod de ce-
tero non currat uſura contra
aliquem infra etatem exiſtentem

## De Merton

a tempore mortis antecessoris
sui cuius heres ipse est usque
ad legitimam etatem suam. Sed
tamen quod propter hoc non remaneat
solucio debiti principalis
simul cum usuris a tempore mortis
antecessoris sui cuius heres ipse est

Cap

De heredibus per parentes vel per
alios vi abductis vel detentis
sed provisum est quod quicumque laicus
inde convictus fuerit quod puerum
sic maritaverit reddat perdenti
valorem maritagii et pro delicto cor-
pus eius capiatur et imprisonetur
donec perdenti emendaverit de-
lictum si puer maritatus est et pre-
terea donec domino Regi satisfe-
cerit pro transgressione et hoc fiat
de herede infra xiiii annos
existente. De herede autem
cum sit xiiii annorum vel ul-
tra usque ad plenam etatem su-

## Provisiones

De maritantibus sine licencia
domini sui ut eum disfecerit marita-
gium suum et dominus offerat ei ho-
norabile maritagium ubi non
disparagetur dominus suus tunc te-
neat terram eius ultra terminum eta-
tis sue et sic viginti unius
annum per tantum tempus quod possit
inde duplicem valorem mari-
tagii recipere secundum estimacionem
legalium hominum vel secundum quod ei pro eo-
dem maritagio prius fuit obla-
tum sine fraude et malicia et se-
cundum quod probari poterit in curia
domini Regis. De dominis qui maritali-
unt illos quos habent in custo-
dia villanos vel alios sicut
burgensibus ubi disparagiuntur si
talis heredes sunt infra xiiij an-
nos et talis etatis quod consen-
tire non possit tunc si parentes
tes conquerantur dominus ille -

De merton.

amittat custodiam usque ad
etatem heredis & omne comodum
quod inde perceptum fuerit comiç
tatur in comodum ipsius qui infra
etatem est secundum disposicionem
& provisionem parentum commendatorum
doctis ei fam. Si autem fuerit
xiiij annorum & ultra quod conse
tire poterit & tali maritagio
consenserit nulla sequetur pe
na. Siquis heres cuiuscumque
fuerit etatis per dominum suum si no
luit maritari non compellatur
hoc facere sed cum ad etatem per
venerit det domino suo & solvat
tantum ei de tanto quantum prope
posset ab aliquo pro maritagio
antequam terram suam recipiat
& hoc sive voluit se mari
tari sive non quia maritagium
eius qui infra etatem est
mero iure pertinet ad dominum
feodi. De maritagio disten. Cap xij.

## Prouisiones.

in brevi de recto ab antecessore
a tempore H. Regis senioris
anno et die prouisum est quod de
cetero non fiat mencio de tam
longinquis tempore. Set a tem-
pore H. R. aui nostri et locum
habeat ista prouisio a Pentecos
ten anno R. H. xxvi et non ante
et brevia prius impetrata pro
cedant. Brevia mortis antecessoris de
natiuis et de ingressu non ex
cedant ultimum reditum domini
R. J. de Hibernia in Angliam. Brevia
no. dis non excedant primam
transfretacionem domini H. R. qui nunc est
in Vasconiam et locum habeat ista
prouisio a tempore predicto et brevia
prius impetrata procedant

Item. Ced bis dominus R. de Westm'
dixit etiam aliquis natus ante
matrimonium heres potest habere
hereditatem sicut ille qui natus

est post responderunt omnes
Episcopi quod non possunt nec vo-
lunt ad istud hoc respondere
quia hoc esset contra communem for-
mam ecclesie. Et rogauerunt
omnes episcopi magnates ut con-
consentirent quod nati ante
matrimonium essent legiti-
mi tam illi qui post matrimo-
nium nati sunt quantum ad
successionem hereditariam quia
ecclesia tales habet pro legitimis. Et
omnes comites et barones una
voce responderunt quod nolunt
leges Anglie mutare que v-
sitate sunt et approbate. Pro-
uisum est insuper quod quilibet  c. ix
liber homo qui sectam debet
ad comitatum hundredum trithing
wapentagium vel curiam domini sui
libere possit facere attornatum
suum ad sectas illas pro eo faciendas

## Statutum

Ex

De malefactoribus in parcis et vivariis
est discussum quod magnitudines per-
cipiunt propriam personam, quia de
illis quos ceperint in parcis et
vivariis suis quod quidem dominus
Rex contradixit et ideo differtur
Explicit statutum de Mer-
ton Incipit statutum Marleberg'

Anno gracie millesimo
ducentesimo sexa-
gesimo septimo
regni autem H. fi-
lii R. J. quinqua-
gesimo secundo. In octabis sancti
Martini providente ipso domino Re-
ge ad regni sui Anglie melio-
racionem et ad exhibicionem iusticie
prout regalis officii exposcit
utilitas convocatis discretioribus
discretioribus eiusdem regni tam
de maioribus quam de minoribus
talis provisum est et statutum
ac concorditer ordinatum ut

cum regni Angl'

De Marlebergh

Cum regnum Anglie multis tri-
bulacionibus et dissensionum incom-
modis nuper depressum in re-
formacione legum et iurium quibus
pax et tranquillitas incolarum
conservetur indigeret aliquo
remedio salubri per ipsum Re-
gem et suos fideles oportuit ad-
hiberi provisiones, ordinaciones
et statuta subscripta ab omnibus
regni ipsius incolis tam ma-
ioribus quam minoribus firmiter ac
inviolabiliter temporibus perpetuis
statuit observari. Cum autem
tempore turbacionis nuper in reg-
no suborte et deinceps multi
magnates et alii iusticiam non
dignati fuerint recipere per
dominum Regem et eius curiam prout
debuerunt et consueverunt
temporibus predecessorum ipsius
domini R. et eciam tempore suo

Octauum

sed de vicinis suis et aliis per
sonas quasvis vlterius seruitutes
distribuciones quousque redempcio
nes receperit ad voluntatem
suam Et precepit quatenus con
tra per ministros domini Et iusticia
rii non permittant nec susti
neant quod per ipsos liberas dis
tribuciones quibus antea propria fe
cerit ad voluntatem suam
commissum est et concordatum con
cessum quod cum maiores quam
minores iusticiam habeant et
recipiant in curia domini Et
Et nullus de cetero vlterius aut
distribuciones faciat per volunta
tem suam absque consideracione
curie domini Et si forte dampnum
vel iniuria alicui fiat de
aliquo vicino suo maiore
suo minore vnde emendacio
vero volunt. super dicto capitulo

¶ De marleberge.

supradicto. Provisum est et
concessum ut si quis ulterius hu-
iusmodi capiat per voluntatem
suam propriam absque considera-
cione curie domini. Et ut predictum est
et inde convincatur puniatur per
redempcionem et hoc secundum qu-
antitatem delicti. Et similiter su-
per vicinum suum faciat distri-
cionem sine consideracione curie
domini. Et per quod dampnum habeat
puniatur eodem modo et hoc
secundum quantitatem delicti et in
dampnis suis faciat emendas ple-
nas et sufficientes. eisdem qui
dampnum sustinuerint per huius
districciones. ¶ Nullus insuper
maior vel minor distringat
aliquem ad veniendum ad curiam
suam qui non est de feodo
